

12.¹⁾ Qualiter emendabit, qui alterum vulnerat. Iuratis eisdem responsum est etiam: Quod ille, qui de vulneribus publice fassus est nec satisfacere habet, sex septimanis detineatur captivus. Et si prius infamis non fuit, maneat in civitate, quousque fortuna favente sufficere poterit pro solutione emendarum. Et pro plano vulnere solvuntur ^{aa} 60 ^{bb} grossi, de quibus 40 ^{ta} grossi cedunt actoribus et 20 ^{tl} grossi iudici. Si vero reus enormiter vixit tamquam persona levis et inutilis, ex tunc post dictas sex septimanas detentionis repellatur a civitate, nec reversurus de cetero, quousque dictas emendas solvere habeat reportando.

13.²⁾ Iterum de vulneribus et vulneratis. Iurati de Eywanczicz scripserunt sic: „Si vulneratus in manum per plateas et tabernas more sani hominis sine baculo per scabinum visus fuerit et aliis quam pluribus fidedignis ambulare, tandemque ante diem iudicii eiusdem vulnerationis deputatum moriatur, utrum reus pro homicidio vel pro vulnere teneatur respondere ipso iure.“ Quibus responsum fuit diffinitive³⁾: „Quod consuetudo nostre civitatis servat pro iure: si vulneratus per plateas et ecclesias sani hominis ad instar sine baculo per scabinum visus fuerit ambulare, tandemque ante querimoniam eiusdem vulnerationis iusticialiter discussam moriatur, reus non pro homicidio, sed pro vulnere respondebit.“

14.⁴⁾ De incusatione furti. Item responsum est eisdem: „Quod si homo ille, qui ancillam pro furto incusavit modo supradicto, nec querimoniam suam prosecutus est, nec per hoc vindictam sumere voluerit in ancilla, tunc ipse actor de magnis emendis est supportandus, sed sufficit, quod iudici solvat in talentum ⁵⁾ pro emenda, gratia tamen mediante. Etiam quia ancilla ius non habuit, pignus recipere pro mercede. Si vero actor enormiter prius se rexisset ^{cc}, et forsitan hoc animo calumniandi fecisset, tunc aliter est iudicandum.“⁶⁾

15.⁷⁾ De propinis vini statuta. Item eisdem iuratis Eywanczinczibus est etiam sic responsum de Brunna: „Quod secundum statuta et

^{aa)} Hf. solvitur. ^{bb)} Das Zeichen muß 60 bedeuten, weil die anderen klar leserlichen Zahlen zusammen 60 ergeben, Buße und Brücke, s = 6 mit angehängter 0.

^{cc)} Es steht erkennbar nicht vixisset da, was man erwarten würde, die zwei Anfangsbuchstaben sind deutlich re, nicht klar der dritte, dann isset deutlich.

¹⁾ S. o. S. 464.

²⁾ S. o. S. 471.

³⁾ Folgt bis zum Schluß Wortlaut mit Abweichungen aus c. 724.

⁴⁾ S. o. S. 455.

⁵⁾ Gemeint = Talent.

⁶⁾ Don Si vero an bis Schluß Wortlaut 3. T. aus c. 34, dort viel breiter puriger.

⁷⁾ S. o. S. 483.